



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Vestis duplex mala, & bona.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

*Vestis duplex, sili-  
cet mala, &  
bona.*

- Iſa. II.** **M**ala, triplex est. Prima est  
immundæ affectionis. Iſa.  
Vestimentum mixtum san-  
guine. Hoc est mens polluta carnali  
affectione, erit in combustionem. Se-  
**Deu. 22.** cunda est duplicitatis, quæ prohibe-  
tur Deut. Non indueris uestimento  
**Mat. 6.** quod ex lana, linoq; contextum est.  
Tertia est simulatæ sanctitatis. Matt.  
Veniēt ad uos in uestimētis ouiu, & c.  
Bona uestis quadruplex est. Prima  
est charitatis quæ operit turpitudi-  
nem peccatorum. Secunda est puri-  
tatis ex parte mentis. Iob. Esto specio-  
**Iob. 40.** sus, & gloriosis induere uestibus. Glo-  
riosa uestes sunt puræ & munda cogi-  
tationes, & affectiones, quæ ani-  
mam ornant, & speciosam faciunt.  
**Ecc. 9.** Vnde dicitur; Omni tempore sine ue-  
stimenta tua candida. Tertia est ca-  
**Apo. II** stitatis ex parte carnis. Apoc. Qui  
non inquinauerunt uestimenta sua.  
Quarta uestis est honestatis, ex parte  
**Pro. 31.** conuersationis. De qua Prou. Ad  
commendationem animæ sanctæ stra-  
gulatam

gula-  
ta ue-  
enim  
sta u  
edifi-  
Dei.

**P**  
tur u  
cis.  
nea e  
Pfal.  
Secu  
bama  
inter  
mun  
lum,  
cus.  
eoru  
nea  
est.  
Agr  
dice  
dem  
ani  
ele  
sing

gulatam sibi uestem fecit. strangulata uestis dicitur triangulata. Nostra enim conuersatio ita debet esse honesta ut sit ad consolationem sui, ad edificationem proximi, & ad laudem Dei. Et tunc erit triangulata.

*Vinea quadruplex.*

**P**rima est caelestis patria. Isa. Vi. Isa. 27.  
 ne ameri cantabit ei. Ego Dominus seruo eam. Merum dicitur uinum, quod est sine mixtione fecis. Agricola sunt angeli. Ex ista uinea est uinum exultationis, de quo Psal. Vinū lætificat cor hominis, & c. Eccl. 40  
psal. 103  
Isa. 18.  
 Secunda est mundus. Isa. Et uinea Sabana degentium exciditur. Sabana interpretatur sinistra, & significat mundum, sicut è contra dextra, cælum, agricolæ, homines. Ecclesiasticus. Et mundum tradidit dispositioni eorum. Tertia est ecclesia. Isa. Vinea domini exercituum domus Israel est. Psal. Vide & uisita uineam istam. Agricola sunt prælati. Multi possunt dicere illud Cant. Posuit me custodem in uineis, & c. Quarta uinea est anima. Hier. Ego plantaui te uineam electam. Agricola huius uineæ sunt singuli homines, qui debent eam co-